



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Ordinis || Praemon-||stratensis || Chronicon**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1613**

Qvomodo Rex Hayto Ad Tartarorvm Imperatorem peruenerit, quomodo ab illo exceptus & quas conditiones illi proposuerit. Capvt II.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64313)

QUOMODO REX HAYTO  
AD TARTARORVM IMPE-  
ratorem peruenerit, quomodo ab  
illo exceptus & quas conditio-  
nes illi proposue-  
rit.

CAPVT II.

**A**Nno salutis humane millesimo, du- ANNO  
centesimo, quinquagesimo tertio, 1253.  
Hayto Rex Armeniæ, audiens Tartaros  
sibi ferè omnia regna vsque ad Turciam  
subiecisse; consilium cum quibusdam  
prudenteris saniorisque consilii homi-  
nibus capit, vt solus ad Tartarorum re-  
gem proficiscatur, quo ea ratione liberior  
accessus cum illo paciscendi, pateret. Ve-  
rùm antequam iter arriperet, ad eum fra-  
trem suum Dominum Sinibaldum regni  
Armeniæ Conestabulum, præmisit, quò  
aduentum suum citò futurum Imperato-  
ri denunciaret, eique facilem ad negotia  
sua tractanda viam sterneret. Minimè ita-  
que voluntatem Domini sui exequi di-  
stulit, sed quantocius cum maximis donis,  
electoque populo præcessit, resque de-  
mandatas, quarum causa ablegabatur.



optime, & cùm laude expediuit, nisi quod quatuor annos antequam in Armeniam remearet, insumpsit. Reuersus igitur ad Regem suum, quęcunq; viderat effeceratque coram exposuit. Interiecto paruo postmodum temporis interuallo, Rex Hayto è regno suo tacitè progreditur: subuerebatur enim, ne in terra Turquię, siue Turcię, per quam iter habendum erat, cognitus proderetur. Annuuit fortuna diuina prouidentia ita disponente, vt Soldan Turquię in bello à quodam Tartarorum Duce, in quem Rex Hayto incidit, familiaremque notitiam cum eo contraxit, vinceretur. Intell exit ergo præfatus dux, illum ad Dominum suum, nempè Tartarorum Imperatorem instituisse: quã lautissimè eum excepit, comitatuque suo tutum deduci vsque in Cumaniam per Portam ferri demandauit. Repperit ergo postmodum plures eiusdem Capitaneos, quorum quilibet regem ex vna regione in aliam, donec ad ciuitatem Almalech dictam pertingeret, in qua Imperator & Dominus Tartarorum residebat, comitatus est.

Tūc primùm Imperatoris Mango Chā animus ingenti perfundebatur gaudio, ea propter, quod ex quo Conchius Cham

per



per montes Belgiam exercitum duxerat, ab eo tempore nullus tantæ autoritatis existimationisq̃ue, quantæ Rex Hayto fuerat, ad aliquem Tartarorum regem, tanto honore se recepisset. Quare honorificè exceptus & susceptus ab eo est. Delegit ergo quosdam ex præcipuis suis aulicis qui illi continuò adessent, eumq̃ue quam possent optimè & colerent, & obseruarent & tractarent, multisq̃ue in super beneficijs ab eodem affectus fuit. Comemorabatur autem Rex Hayto aliquo tēporis spatio, exiguo tamen, apud eum, petens ab Imperatore, vt in negotiorum executionem, quorum causa hoc iter suscepisset, diligentiore & celeriore cura ad finem deducendum incumberet, seseq̃ rebus confectis absolueret, vt eo celerius ad suos limites, possit remeare. Ad hæc Imperator placidum responsum obtulit, se lubenti animo ipsius petitioni facturum satis, indicans etiam se, quod vltro dominium ingredi voluerit, perenni memoria repositurum. Contra Rex septem, condiciones proposuit.